

ditus monasterio nostro contulit isto modo: lxxx marcas in decima Drubere, v in decima Reynersen et v in duobus mansis in Goltbeke, qui Berinchusesch vocitantur, locavit, verum xxx duabus marcis in curia Nanexen et viii marcis cum duarum marcarum gravium redditibus in xl jugeribus in Wallenstede locatis; terciam Frisonici butyri scissuram refectio*n*i fratrum una cum duabus portionibus matris nostre qualibet ebdomada ministrandam perpetuo comparavit. In primo autem sui adventu ad nos pro munere optulit x marcas.

6. G. II. Non. Ob. Helmoldus conv. Item Rodolphus de Eschershusen¹³¹⁾, pro quo ipso die servicium datur in piscibus, albo pane et vino. In festo vero beati Malachie id est in anniversario Ode uxoris sue equivalens, ambo provenientia de decima in Goltbeke; et in utriusque anniversario stipa dabitur ante portam, que talis esse debet: videlicet panis integer, cratera cervisie singulis pauperibus et frustum casei vel allec unum. Sciendum namque, quod nostro monasterio puri argenti lxxvi marcas, rufam casulam, calicem et derivationes majores preter cetera beneficia contulerunt.

Item Elizabeth famil. Obiit confrater noster Henningus Bremer conv.

7. A. Nonas.

Ob. Dominus Henricus¹³²⁾ septimus abbas hujus loci. Obiit dominus Hermannus¹³³⁾, abbas tercius decimus hujus loci 1532.

8. B. VIII. Id. Ob. Gerardus conv. In p. 36. hac eciam die servicium datur in piscibus pro parentibus Conradi¹³⁴⁾ plebani in Embeke de curia inferiori Druber, ubi xxxv marcas puri argenti locavit.

Helmburgis famil. Conradus de Uderde¹³⁵⁾, Hermannus frater et Elyzabet soror ejusdem, Hermannus pater et Beka mater eorundem; Johannes de Dydel-